

imperio tanto disminuía el número de los enemigos, cuanto crecía el número de los cristianos:

“Nunc pauciores hostes habetis prae multitudine christianorum, pene omnium civitatum pene omnes cives christianos habendo.”

De lo mismo hay también un preclaro testimonio en la *Epístola á Diogneto*, la cual confirma que los cristianos en aquel tiempo, no solo tenían costumbre de obsequiar las leyes, sino que en cualquier orden de deberes sabían ir más allá de lo que pedían las leyes mismas. *Los cristianos obedecen las leyes que están sancionadas, y con su género de vida superan á las mismas leyes.*

Diversamente empero andaban las cosas cuando por los edictos de los emperadores y de los pretores se les imponía con amenazas apostatar de la fé cristiana ó faltar en cualquier otro modo á su

---

n. 35.). Neque dubitabat affirmare, in imperii finibus tanto magis numerum minui inimicorum consuevisse, quanto cresceret christianorum. *Nunc pauciores hostes habetis prae multitudine christianorum, pene omnium civitatum pene omnes cives christianos habendo* (Apolog. n. 37). Praeclarum est quoque de eadem re testimonium in *Epístola ad Diognetum*, quae confirmat, solitos eo tempore christianos fuisse non solum inservire legibus, sed in omni officio plus etiam ac perfectius sua sponte facere, quam cogentur facere legibus. *Christiani obsequuntur legibus, quae sancitae sunt, et suae vitae genere leges superant.*

Alia sane tum caussa erat, cum a fide christiana, aut quoquo modo ab officio deficere Imperatorum edictis ac Praetorum minis iuberentur: quibus temporibus profecto

deber; en los cuales casos ellos, ciertamente, más bien quisieron desagradar á los hombres que á Dios. Mas en estas mismas circunstancias estaba tan lejos de ellos la idea de promover la menor sedición ó de despreciar la majestad imperial, que solo se limitaban á confesar que eran cristianos y que no querían en manera alguna ser traidores á su fe.

Por lo demás, no maquinaban ninguna resistencia, sino que plácida y alegremente iban á los potros; de suerte que la magnitud de los tormentos era inferior á la grandeza de sus ánimos.—Y también por igual medio en aquellos mismos tiempos la fuerza de las doctrinas cristianas fué eficaz en la milicia. Porque era costumbre del soldado cristiano acopiar suma fortaleza con amor sumo de la disciplina militar, y á la grandeza del valor juntar inquebrantable fidelidad al príncipe. Y si se pretendiese de él alguna cosa que no fuere honesta,

---

displicere hominibus quam Deo maluerunt. Sed in iis ipsis rerum adiunctis tantum aberat ut quicquam seditiose facerent maiestatemque imperatoriam contemnerent, ut hoc unum sibi sumerent, sese profiteri, et christianos esse et nolle mutare fidem ullo modo. Ceterum nihil de resistendo cogitabant; sed placide atque hilare sic ibant ad tortoris equuleum, ut magnitudini animi cruciatuum magnitudo concederet.— Neque absimili ratione per eadem tempora christianorum vis institutorum spectata est in militia. Erat enim militis christiani summam fortitudinem cum summo studio coniungere disciplinae militaris: animique excelsitatem immobili erga principem fide cumulare. Quod si aliquid rogaretur quod non esset honestum, uti Dei iura violare, aut in in-

como violar los derechos de Dios ó volver el acero contra los inocentes discípulos de Cristo, entonces rehusaba seguir el mando, de modo, sin embargo, que prefería abandonar la milicia ó morir por la Religión, que resistir con sediciones ó tumultos á la autoridad pública.

Desde que los Estados tuvieron príncipes cristianos, insistió la Iglesia mucho más en afirmar y predicar cuán inviolable era la autoridad de los gobernantes: por lo cual debía suceder que cuando los pueblos pensasen en el principado, acudiese á su mente una especie de majestad sacra, por la cual eran llevados á tener á los príncipes mayor reverencia y amor. Y por esto sábiamente proveyó que los Reyes fuesen solemnemente consagrados, como por orden de Dios estaba establecido en el Antiguo Testamento.—Cuando despues la sociedad civil, como suscitada de las ruinas del imperio ro-

---

sontes Christi discipulos ferrum convertere, tunc quidem imperata facere recusabat, ita tamen ut discedere ab armis atque emori pro religione mallet, quam per seditionem et turbas auctoritati publicae repugnare.

Postea vero quam republicae principes christianos habuerunt, multo magis Ecclesia testificari ac praedicere institit, quantum in auctoritate imperantium inesset sanctitatis: ex quo futurum erat, ut populis, cum de principatu cogitarent, sacrae cuiusdam maiestatis species occurreret, quae ad maiorem principum cum verecundiam tum amorem impelleret. Atque huius rei causa, sapienter providit, ut reges sacrorum solemnibus initiarentur, quod erat in Testamento Veteri Dei auctoritate constitutum.—Quo autem tempore civilis hominum societas, tamquam

mano, volvió á concebir esperanzas de cristiana grandeza, los Romános Pontífices, instituido el *sacro imperio*, consagraron de un modo singular la potestad política.

Grandísima nobleza se juntó con esto al principado: y no puede ponerse en duda que esta práctica hubiera ayudado siempre grandemente á la sociedad religiosa y civil, si los príncipes y los pueblos hubiesen tenido siempre miras uniformes con las de la Iglesia.—Y en efecto, las cosas permanecieron tranquilas y bastante prósperas mientras duró entre ambas potestades unánime amistad.

Si los pueblos pecaban sublevándose, era pronta conciliadora de tranquilidad la Iglesia, que llamaba á todos al deber, y enfrenaba las violentas pasiones, parte con la dulzura, parte con la autoridad. De igual modo, si en el gobierno pecaban los príncipes, entonces se ponía delante de ellos

---

e ruinis excitata imperii romani, in spem christianae magnitudinis revixit, Pontifices Romani, instituto *imperio sacro*, politicam potestatem singulari ratione consecraverunt. Maxima quidem ea fuit nobilitatis ad principatum accessio: neque dubitandum quin magnopere illud institutum et religiosae et civili societati semper fuisset profuturum, si quod Ecclesia spectabat, idem principes et populi semper spectavissent.—Et sane quietae res et satis prosperae permanserunt quamdiu inter utramque potestatem concors amicitia permansit. Si quid tumultuando peccarent populi, praesto erat conciliatrix tranquillitatis Ecclesia, quae singulos ad officium vocaret, vehementioresque cupiditates partim lenitate, partim auctoritate compeceret. Similiter si quid in gubernando peccarent prin-

mismos, y recordándoles los derechos, las necesidades y los justos deseos de los pueblos, les persuadía á la equidad, á la clemencia, á la benignidad.

De esta manera, muchas veces se consiguió remover los peligros de tumultos y de guerras civiles.

Por el contrario, las doctrinas inventadas por los modernos acerca de la potestad política acarrean ya a los hombres grandes calamidades, y es de temer que produzcan en lo porvenir males extraños. Porque no querer derivar de la autoridad de Dios el derecho de mandar, no es otra cosa que querer arrancar de la potestad política su más bello esplendor y quitarle sus mayores fuerzas. Cuando, pues, la hacen depender del arbitrio de la multitud; sostienen en primer lugar una falaz opinion, y en segundo lugar colocan el principado sobre harto ligero é inestimable fundamento.

cipes, tum ipsa ad principes adire, et populorum iura, necessitates, recta desideria commemorando, aequitatem, clementiam, benignitatem suadere. Qua ratione pluries est impetratum, ut tumultuum et bellorum civilium pericula prohiberentur.

Contra inventae a recentioribus de potestate politica doctrinae magnas iam acerbitates hominibus attulerunt, metuendumque ne extrema malorum afferant in posterum. Etenim ius imperandi nolle ad Deum referre auctorem, nihil est aliud quam politicae potestatis et pulcherrimum splendorem velle deletum et nervos incisos. Quod autem inquirunt ex arbitrio illam pendere multitudinis, primum opinione falluntur, deinde nimium levi ac flexibili funda-

Porque de semejantes opiniones surgirán más audazmente otros tantos estímulos de las populares pasiones: y con gran ruina de la cosa pública fácilmente trascenderán á ciegos tumultos y á manifestas sediciones. Con efecto, despues de la que llaman *Reforma*, cuyos promovedores y jefes radicalmente impugnaron con nuevas doctrinas la potestad sagrada y civil, se siguieron repentinos tumultos y audacísimas rebeliones, especialmente en Alemania; y esto con tanto incendio de guerra doméstica y con tantos estragos, que parecia que no quedaba ningun lugar inmune de tumultos y de sangre.

De aquella herejía tuvieron origen en el pasado siglo la falsa filosofía, y aquel derecho que llaman *nuevo*, y la soberanía popular, y aquella desordenada licencia, que muchísimos tienen, sin embargo, por libertad. De esto se llegó á las últimas pestes, que son el *Comunismo*, el *Socialismo* y el *Ni-*

mento statuunt principatum. His enim opinionibus quasi stimulis incitatae populares cupiditates sese efferent insolentius, magnaque cum pernicie reipublicae ad coecos motus, ad apertas seditiones proclivi cursu et facile delabentur. Revera illam, quam *Reformationem* vocant, cuius adiutores et duces sacram civilemque potestatem novis doctrinis funditus oppugnaverunt, repentini tumultus et audacissimae rebelliones praesertim in Germania consecutae sunt: idque tanta cum domestici deflagratione belli et caede, ut nullus pene locus expers turbarum et cruoris videretur.—Ex illa haeresi ortum duxit saeculo superiore falsi nominis philosophia, et ius quod appellant *novum*, et imperium populare, et modum nesciens licentia, quam plurimi solam libertatem putant. Ex his ad finitimas pestes ventum est, scilicet ad *Communismum*, ad *So-*

*hilismo*, horrendos males y casi muerte de la sociedad civil. Y á pesar de esto, muchos se esfuerzan aún con grande empeño en aumentar la violencia de tantos males, y con el pretexto de aliviar á la muchedumbre, suscitan grandes incendios de miseria. Estas cosas que ahora recordamos no son ignotas, ni muy lejanas.

Lo que hay, pues, más grave es que los príncipes no tienen remedios eficaces en tantos peligros para restablecer la disciplina pública y apaciguar los ánimos.

Se proveen de la autoridad de las leyes y creen poder enfrenar con la severidad de las penas á los que turban el órden público. Y con justicia: mas con todo, es necesario considerar seriamente que ninguna pena por sí sola será eficaz hasta el punto de poder conservar los Estados. Porque el temor, como enseña sábiamente Santo Tomás, “est

---

*cialismum, ad Nihilismum, civilis hominum societatis teterrima portenta ac pene funera. Atqui tamen tantorum malorum vim nimis multi dilatare conantur, ac per speciem iuvandae multitudinis non exigua iam miseriarum incendia excitaverunt. Quae hic modo recordamur, ea nec ignota sunt nec valde longinqua.*

Hoc vero est etiam gravius, quod non habent principes in tantis periculis remedia ad restituendam publicam disciplinam pacandosque animos satis idonea. Instruunt se auctoritate legum, eosque, qui rempublicam commovent, severitate poenarum coercendos putant. Recte quidem: sed tamen serio considerandum est, vim nullam poenarum futuram tantam, quae conservare respublicas sola possit. Metus enim, ut praeclare docet sanctus Thomas, *est debile*

“debile fundamentum; nam qui timore subduntur, “si occurrat occasio qua possint impunitatem sperare, contra praesidentes insurgunt eo ardentius, “quo magis contra voluntatem ex solo timore cohibebantur. Ac praeterea ex nimio timore plerique in desperationem incidunt: desperatio autem audacter ad quaelibet attentanda praecipitat.”

Y la verdad de esto bastante la hemos probado con la experiencia. Por tanto, es preciso hallar una razon más alta y eficaz de obedecer, y establecer absolutamente que no puede ser fructuosa la misma severidad de las leyes si los hombres no son guiados por el deber y movidos por el temor saludable de Dios.

Esto, pues, puede ser principalmente obtenido por la Religion, la cual con su fuerza influye sobre los ánimos, y somete la misma voluntad de los hombres, á fin de que obedezcan á los gobernantes

---

*fundamentum; nam qui timore subduntur, si occurrat occasio qua possint impunitatem sperare, contra praesidentes insurgunt eo ardentius, quo magis contra voluntatem ex solo timore cohibebantur. Ac praeterea ex nimio timore plerique in desperationem incidunt: desperatio autem audacter ad quaelibet attentanda praecipitat (De Regim. Princip. I. 1, cap. 10.). Quae quam vera sint, satis experiendo perspeximus. Itaque obediendi altiore et efficaciore causam adhibere necesse est, atque omnino statuere, nec legum esse posse fructuosam severitatem, nisi homines impellantur officio, salutarique metu Dei permoveantur. Id autem impetrare ab iis maxime religio potest, quae sua vi in animos influit, ipsasque hominum flectit voluntates, ut eis, a quibus ipsi reguntur, non obsequio solum, sed*

tes, no solamente con el respeto, sino tambien con la benevolencia y con la caridad, que es en toda sociedad humana el mejor custodio de la incolumidad.

Por lo cual ha de estimarse que los Romanos Pontífices cuidaron del bien comun, porque de continuo cuidaron de abatir á los espíritus soberbios y díscolos de los novadores, y predicaron sin cesar cuán perniciosos eran éstos aun á la sociedad civil.

Merece recordarse á este propósito la sentencia de Clemente VII á Fernando, rey de Bohemia y de Hungría: "En esta causa de la fé va encerrada la dignidad y la utilidad tuya y la de los otros príncipes, puesto que no puede aquella ser destruida sin traer consigo la ruina de vuestros intereses, lo cual bien claramente se ha visto ya en algunas partes." Y al mismo respecto, considerad la suma providencia y energía de Nuestros predecesores, es-

etiam benevolentia et caritate adhaerescant, quae est in omni hominum coetu optima custos incolumitatis.

Quamobrem egregie Pontífices Romani communi utilitati servisse iudicandi sunt, quod *Novatorum* frangendos semper curaverunt tumidos inquietosque spiritus, ac persaepe monuerunt, quantum ii sint civili etiam societati periculosi. Ad hanc rem digna, quae commemoretur, Clementis VII sententia est ad Ferdinandum Bohemiae et Hungariae regem: *In hac fidei causa tua etiam et ceterorum principum dignitas et utilitas inclusa est, cum non possit illa convelli quin vestrarum etiam rerum labefactionem secum trahat; quod clarissime in locis istis aliquot perspectum sit.*—Atque in eodem genere summa providentia et fortitudo enituit Decessorum Nostrorum, praesertim

pecialmente desde Clemente XII, Benedicto XIV, Leon XII, los cuales, como se esparciera, corriendo los años, la peste de las malas doctrinas y creciera la audacia de las sectas, pusieron gran empeño con su autoridad en atajarlas el paso.

Nos mismo hemos varias veces anunciado cuán graves peligros amenazan; y hemos indicado al mismo tiempo cuál sea la mejor manera de conjurarlos. A los príncipes y á los demás que rigen la cosa pública ofrecimos el apoyo de la Religion, y exhortamos á los pueblos á servirse de la abundancia de los bienes suministrados por la Iglesia. Ahora pretendemos que los príncipes comprendan la necesidad de ese apoyo que de nuevo se les ofrece, que es el más fuerte y válido de todos, y fervientemente les exhortamos en el Señor para que defiendan la Religion, y, lo que interesa tambien al Estado, dejen á la Iglesia gozar de aquella libertad de que sin grave injuria y comun de-

autem Clementis XII, Benedicti XIV, Leonis XII, qui cum consequentibus temporibus pravarum doctrinarum pestis latius serperet, *sectarumque* audacia invalesceret, oppositu auctoritatis suae aditum illis intercludere conati sunt.—Nos ipsi pluries denunciavimus quam gravia pericula impendeant, simulque indicavimus, quae sit eorum propulsandorum ratio optima. Principibus ceterisque rerum publicarum moderatoribus praesidium religionis obtulimus, populosque hortati sumus, ut summorum bonorum copia, quam Ecclesia suppeditat, maxime uterentur. Id nunc agimus, ut ipsum illud praesidium, quo nihil est validius, sibi rursus oblatum principes intelligant: eosque vehementer in Domino hortamur, ut religionem tueantur, et, quod interest etiam reipublicae, ea Ecclesiam libertate

trimento no puede ser privada. La Iglesia de Jesucristo no puede ciertamente ser sospechosa á los príncipes ni á los pueblos.

A los príncipes les exhorta á seguir la justicia y á no desviarse jamás del deber; pero al mismo tiempo refuerza su autoridad y la ayuda con nuevos medios. Las cosas que se refieren al orden civil, la Iglesia no se las disputa, sino que reconoce que pertenecen á su autoridad y á su supremo imperio; en aquellas otras, cuyo juicio, por diverso aspecto, pertenece á la potestad sagrada y á la civil, quiere la Iglesia que exista entre ambas potestades concordia, merced á la cual se eviten entre ambas funestas disidencias. Por lo que hace á los pueblos, la Iglesia ha sido fundada para la salud de todos los hombres, y á todos los amó siempre como Madre.

---

frui posse sinant, qua sine iniuria et communi pernicie privari non potest. Profecto Ecclesia Christi neque principibus potest esse suspecta, neque populis invisa. Principes quidem ipsa monet sequi iustitiam, nullaque in re ab officio declinare: at simul eorum roborat multisque rationibus adiuvat auctoritatem. Quae in genere rerum civilium versantur, ea in potestate supremoque imperio eorum esse agnoscit et declarat: in iis quorum iudicium, diversam licet ob causam, ad sacram civilemque pertinet potestatem, vult existere inter utramque concordiam, cuius beneficio funestae utriusque contentiones devitantur. Ad populos quod spectat, est Ecclesia saluti cunctorum hominum nata, eosque semper dilexit uti parens. Ea quippe est, quae caritate praeunte mansuetudinem animis imperit, humanitatem moribus, aequitatem legibus: atque ho-

Ella es la que con su caridad infundió siempre en los ánimos la mansedumbre, la dulzura de las costumbres, la equidad en las leyes; y, nunca enemiga de la libertad honrada, detestó siempre el dominio de la tiranía. Esta benéfica conducta, que es propia de la Iglesia, la expresó breve y clarísimamente San Agustín en estas palabras: "Docet Ecclesia reges prospicere populis, omnes populos se subdere regibus: ostendens quemadmodum et non omnibus omnia, et omnibus charitas, et nulli debetur iniuria."

Por estas razones, Venerables Hermanos, vuestra obra será muy útil, y seguramente saludable si adunais con Nos vuestro saber y todos los medios que, por la gracia Dios, están en vuestra mano para apartar daños y peligros de la sociedad humana.

Procurad y mirad por que todo cuanto enseña la Iglesia católica en punto á la potestad y el deber

---

nestae libertati nusquam inimica tyrannicum dominatum semper detestari consuevit. Hanc, quae insita in Ecclesia est, bene merendi consuetudinem paucis praeclare expressit sanctus Augustinus: *Docet (Ecclesia) reges prospicere populos, omnes populos se subdere regibus: ostendens quemadmodum et non omnibus omnia, et omnibus caritas, et nulli debetur iniuria* (De morib. Eccl. lib. I, cap. 30.).

His de causis opera vestra, Venerabiles Fratres, valde utilis ac plane salutaris futura est, si industriam atque opes omnes, quae Dei munere in vestra sunt potestate, ad deprecanda societatis humanae vel pericula vel incommoda Nobiscum contuleritis. Curate ac providete, ut quae de imperio deque obediendi officio ab Ecclesia catholica praecipiantur, ea homines et plane perspecta habeant, et ad

de obedecer, lo tengan todos presente y lo practiquen diligentemente en su vida.

Por vuestra autoridad y magisterio sean los pueblos frecuentemente exhortados á huir de las sectas prohibidas; á detestar las conjuraciones y á apartarse de toda clase de seducciones.

Entiendan que la obediencia que por Dios prestan á los príncipes, es obediencia noble y *obsequio racional*. Y como es Dios el que *da la salud al Rey*, y el que concede á los pueblos sentarse *en la hermosura de la paz, en los tabernáculos de la confianza y en el opulento reposo*, es menester rogarle y suplicarle para que incline los entendimientos de todos á la honestidad y á la verdad, serene las iras y restituya á la tierra la paz y la tranquilidad por tanto tiempo deseadas.

Y para que sea firme la esperanza de alcanzar esta gracia, acudamos á la intercesion y á la proteccion saludable de la Virgen María, excelsa Ma-

---

vitam agendam diligenter utantur. Vobis auctoribus et magistris, saepe populi moneantur fugere vetitas sectas, a coniurationibus abhorre, nihil seditiose agere: iidemque intelligant, qui Dei causa parent imperantibus, eorum esse *rationabile obsequium*, generosam obedientiam. Quoniam vero Deus est, *qui dat salutem regibus* (Psal. CXLIII, 11.), et concedit populis *conquiescere in pulchritudine pacis et in tabernaculis fiduciae et in requie opulenta* (Isai. XXXII, 18.); Ipsum necesse est orare atque obsecrare, ut omnium mentes ad honestatem veritatemque flectat, iras compescat, obtatam diu pacem tranquillitatemque orbi terrarum restituat.

Quo autem spes firmior sit impetrandi, deprecatores

dra de Dios, auxilio delos cristianos y protectora del género humano; de San José, su castísimo Esposo, en cuyo patrocinio santísimo confía la Iglesia universal, de San Pedro y San Pablo, príncipes de los Apóstoles, custodios y guardadores del nombre cristiano.

Entre tanto, como augurio de los dones divinos, á vosotros, Venerables Hermanos, y al clero y pueblo encomendados á vuestro cuidado, os damos afectuosamente en el Señor la bendicion apostólica.

Dado en Roma junto á San Pedro el dia 29 de Junio de 1881, año cuarto de Nuestro Pontificado

LEON PAPA XIII.

(Traduccion del *Boletín Eclesiástico* de Toledo.)

---

defensoresque salutis adhibeamus, Mariam Virginem magnam Dei parentem, auxilium christianorum, tutelam generis humani: S. Iosephum castissimum sponsum eius, cuius patrocinio plurimum universa Ecclesia confidit: Petrum et Paulum Principes Apostolorum, custodes et vindices nominis christiani.

Interea divinorum munerum auspice Vobis omnibus, Venerabiles Fratres, Clero et populo fidei Vestrae commisso Apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die XXIX Iunii A. MDCCCLXXXI, Pontificatus Nostri Anno Quarto.

LEO PP. XIII.